



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

361. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex eodem.*

Rhaban. ibid.
Burchard. lib.
16. c. 14.

C C C L X I . Mulier si qua filium suum ponit supra tectum aut in fornace in pro sanitate febris , septem annos pœnitentiat. Qui ardere facit grana ubi mortuus est homo pro sanitate viventium & domus , quinque annos pœnitentiat.

De menstruo sanguine. *Rabanus ad Heribaldum.*

Rhaban. ibid.
Burchard. lib.
19. c. 152.

C C C L X I I . De his etiam super quibus interrogasti , hoc est , de illa femina quæ menstruum sanguinem suum immiscuit cibo vel potui , &c dedit viro suo ut comederet , & de illa quæ semen viri sui in potu babit , & de ea quæ testam hominis combussit igni & viro suo dedit pro infirmitate vitanda , quali pœnitentia sint plectendæ ; ut nobis videtur , tali sententia feriendi sunt sicut magi & arioli , quia magicam artem exercuisse noscuntur.

De eadem re. *Ex Concilio Anquirensi.*

Rhaban. ibid.
c. 15.
Burchard. lib.
17. c. 29.

C C C L X I I I . Mulier si cum muliere fornicata fuerit , annos tres pœnitentiat. Sic & illa quæ semen viri sui cibo miscens , ut inde plus ejus accipiat amorem , pœnitentiat.

Unde suprà.

Burchard. lib.
10. c. 1.

C C C L X I V . Ut Episcopi Episcoporumque ministri omnibus viribus elaborare studeant ut perniciosam & à diabolo inven-